

habe ich nicht feststellen können. Jedenfalls war er auch einer an dem Prozeß beteiligten Theologen. Denn die Handschrift enthält mehrere Schriftstücke der Leipziger theologischen Fakultät¹⁾. Auf diesen Traktat gehen anscheinend die oben mitgeteilten Angaben des Petrus Albinus zurück. Ja, die Görlitzer Handschrift hat vielleicht Albinus selber vorgelegen.

Was ergibt sich nun aus den beiden neuen Quellen über die Waldenser von Zwickau und Umgegend? Um diese Frage zu beantworten, empfiehlt es sich zunächst wenigstens diejenigen Abschnitte der Traktate, die sich unmittelbar auf die Ketzer beziehen, abzudrucken.

I. Joannes Breslauer de erroribus in Misna noviter subortis.

(f. 399 a.) Veni, sancte, sancte Spiritus et emitte celitus lucis tuae radium.

Reverendissimo in Christo patri et domino Silvestro Rigensis ecclesie archiepiscopo²⁾ domino et patri suo frater Johannes Breslauer ordinis predicatorum uberrimi affectus puritatem. Quamvis pastoratus jugum ad sui integritatem virum requirat plenitudine virtutum perfectum, prout pictor ille sanctus Gregorius in suo Pastorali evidentissime expressit³⁾, precipue tum ad ista mentis oculos colligendo bonus pastor levet, ut se ipsum irreprehensibilem coram Deo et plebe exhibendo servet, ut in sibi subjectis immaculatam fidem custodiat, fidem inquam, que secundum apostolum per dilectionem operatur (Gal. 5, 6). Requirebant autem beneficia, que a vestra reverendissima paternitate immeritus sum assecutus, ad quam in primis elementis doctrine fidelem tamquam ad patrem et magistrum infantulum que in me oriri videantur rudimentorum habui recursum, frequentata scripta non solum pro consolacione vestre paternitatis sub onere tanti regiminis et cure pastoralis, verum amplius ad rependendum prioribus beneficiis gratitudinis vices que per me usque in presens sunt neglecta. De quo coram paternitate vestra venie locum invenire non dubito. Nuper autem Johannes Werthan, vestre gratie filius, mihi significavit presenciam nuncii vestri, qui personaliter astitit in quadam confutatione certorum errorum in Misna noviter subortorum facta sub octavis Penthecostes in Aldenburg per doctores in sacra theologia universitatis nostre ad requisitionem pariter et instanciam dominorum principum Reverendi (f. 399 b.) scilicet Patris domini Petri episcopi ecclesie Nuemburgensis⁴⁾ et illustris Friderici, ducis Saxonie⁵⁾. Quorum errorum articulos cum suis rationibus pariter et impugnacionibus ac destructionibus secundum formam sermonis per me ex iniuncto mihi officio ibidem facti in quendam tractatulum redigere ad exaltationem fidei katholice et ad veritatis lucidam ostensionem per plures graves viros prelatos et alias doctas personas sum requisitus. Quos cum presenti labore

¹⁾ Vgl. f. 190' ein Schreiben der Fakultät von 1429.

²⁾ Silvester Stodewescher 9. Okt. 1448 bis 12. Juli 1479.

³⁾ Das Folgende ist kein Zitat.

⁴⁾ Peter von Haugwitz 1435 bis 1. Oktober 1463.

⁵⁾ Friedrich II. der Sanftmütige, † 7. Sept. 1464.